sed neglectum ignoratur . Non itaq3 peccatores dicamus non alind potui cu3 me cõstitui furem q2 deus fecit me paupere͂ Nec mirũ si deditus sum fornicationi . quia talis sum creatus nature et fragilitatis. fragilitas enim mea multa cogit me committere crimina talia Errat enim qui sic fallitur. Natura em̃ talis est vt possit quisq3 resistere malo cui se subiecit ex arbitrio Sunt enim qui se defendunt culpa3 in dei prouidentia reputantes qđ relictũ est volũtati et arbitrij libertati Sciuit em̃ deus quid factur⁹ esset qui perpetrat sed non ordinauit pctm̃ qui nullũ relinquit impunitum Et in li.i. omeliaꝝ omelia.xij. Multi sic confessione3 pctī fugiũt vt ip̄m sathan accusent se aũt nihil mali fecisse dicant. Et cum castigantur aliqui ⁊ dicitur eis qualiter hoc fecistis Rñdēt quia dyabolus hoc fecit Non est em̃ vñ plus gaudeat dyabol⁹ nisi quando hõ dicit dyabolus hoc fecit vt peccaret qñ em̃ dicit dyabolus hoc fecit non se accusat et dum pctã sua dissimulat cõfiteri indulgentiã nõ meret̃ accipere Rñdet ergo et dicit dyabolus hoc fecit quasi traxerit eũ dyabolus aut violentiam fecerit. Suadere em̃ est sollicitare põt cogere om̃ino non potest hec ille. Debet etia3 ꝯfitens multas alias q̃litates in ꝯfessione obseruare De quibus vide host. in Sũma hui⁹ ti. et no. per Archi. de pe. dis.v.c.i. et de hijs dantur talia metra. Sit simplex hũilis ꝯfessio pura fidelis Integra secreta lacrimosa ac celerata Fortit̃ accusans et sit parere parata. Quinto fuit principaliter quesitum

Z Cui debeant fideles confiteri Ad hoc respõdet tex. ca. omnis ꝗ ꝓprio sacerdoti vel alieno de eius licentia Ratio nã licet quilibet sacerdos in ordinatiõe sua recipiat potestate͂ clauiũ in habitu nõ tame͂ recipit in exercicio sed postea quãdo q̇s p̃ficitur ab ep̃o alicui populo tunc cura et exercicium clauiũ sibi tradit̃ ꝫm Inno. de offi. ordi. Cũ satis Sed quis d2 ꝓprius sacerdos Solutio proprius sacerdos dicit̃ dupl'r. Vno mõ ꝑut ꝓpriũ dt cõuertentiam cum eo cui⁹ est ꝓpriũ et distinguit̃ ꝯtra cõmune Et sic ꝓprius sacerdos est is cui cura eccl'ie parrochialis est ꝯmissa q̇ tenet̃ subditis in ministratione sacramentoꝝ et a quo ecõuerso subditi tenentur illa recipe. Exempla pone in eucharistia et extrema vnxtione ⁊c̃ Exemplũ ad ꝓpositũ Proprius sacerdos ꝯfessiõis e͂ qui est appropriatus ad hoc vt ꝯfessione͂ aliquoꝝ audiat et cui tales confiteri tenentur nisi rõnabilis causa eos excuset ecce cõuerte͂tia Ex hoc sequitur. Prio ꝗ papa est ꝓprius sacerdos omnium immediatus q̃tum ad casus sibi reseruatos quia per se vel aliu3 tenetur illoꝝ confessiones audire et econuerso illi confiteri. Sed

# De penitencijs recipiendis

quātū ad alios casus et alia sacramenta non est ꝓprius sacerdos immediatus cuiuslibet quia non tenet omnibus nec econuerso tenent ad euȝ recurrere sed bene est mediatus oīm quia est iudex ordinarius oīm. ix. q. iij. cuncta per mundū et c. ꝑ principalem. Sic etiā est dicendū de epo qui est ꝓprius sacerdos immediatus sui dyoce. q̄ʒtū ad casꝰ sibi reseruatos et quātū ad duo sacramēta q̄ sunt cōfirmatio et ordo In alijs aūt non est ꝓprius immediatꝰ cuiuslibet ꝑtic ularis prochie sue dyoce. sed mediatꝰ vt in c. qm̄ et c. inter cetera de offi. or. et c. vltra li. vi. quia tota dyocesis est parrochia epi xvi. q. iij. licet. Curatus vō ꝛ presbiter prochialis ad omnia talia pctā et sacramēta est ꝓprius sacerdos quia obligatus est ad illa et econuerso subditi curato tenent vt dixi. Sed fratres mend icantes hoc modo in nullo sunt ꝓprij sacerdotes q̄ ad casus cure aut sacramēta quia in nullo tenentur subditis nec econuerso hoc declarari potest. de quocūqȝ sacramēto licet enim habeant priuilegiū audiendi confessiones vt in cle. dudū. §. statuimꝰ de sepul. tñ non sunt hoc modo ꝓprij sacerdotes qꝛ nō sūt curati nec cura est eis ꝯmissa. Scdo dicit quis ꝓprius sacerdos ꝓut ꝓpriū non dicit ꝯuertenciā sed quādam libertatē ad id cuiꝰ est propriuȝ et ꝓut distinguit contra alienū. Et tunc ꝓprius sacerdos est is quē quis ꝑ audientia ꝯfessionis accedere pōt licȝ ad hoc non teneatur nec possit sibi dare licentiam alteri confitendi nec eū audire teneat Illo mō fratres ꝑuilegiati dicuntur ꝓprij sacerdotes vt in cle. dudū de sepult. Et alij qui in casibꝰ a iure cōcedunt vt in c. fi. de peni. et remis. declara. ꝭm vero Richar. in iiij. dis. xvij. ꝓprius sacerdos triplex est. Primus ex iurisdictione ordinaria et hoc tripliciter Primo ille qui hȝ iurisdictionē ordinariā sup confitentē modo tñ inferiori Et sic est ꝓprius sacerdos ille q̄ ꝯmūniter vocat ꝑsbiter prochialis Scdo ille qui hȝ iurisdictionē ordinariā modo ꝑncipali Et sic epus est ꝓprius sacerdos oīm existentiū in suo epatu Tercio ille q̄ hȝ mō ꝑncipalissimo et sic papa est ꝓprius sacerdos oīm cristianoꝝ. Scdꝰs ille qui habȝ iurisdictionē delegatā ab aliquo istoꝝ vł a legato dñi pape. Tercius ille qui habȝ iurisdictionē ex ꝯmūi cōcessione vel permissiōe iuris sicut illi q̄ audiūt subditos alienos in casibus a iure ꝯcessis de quibus infra dicetur. Sic etiā illi sunt ꝓprij sacerdotes quos epi et abbates exempti eligunt in confessores talibꝰ eñ permittit ex iure cōmuni eligere sibi discretum et ꝓuidū ꝯfessorē vt in c. ne ꝓ dilatione de peni. et remis. Sic et fratres mendicātes ad hoc electi et ꝑñtati ꝭm eñ Guil in cle. dudum de sepul. Isti fratres

non sunt ordinarij respectu eis ꝯfitentium Nec etiā delegati q̄
ad huiusmōi officiū non obligant̄ nec etiam subditi eis cōfiteri
obligantur sed volentes eis ꝯfiteri audire pn̄t ex iurisdictione ⁊
ꝑuilegio ꝯcesso in v̄. Si v̄o dicte cle. Primi tñ dicunt̄ ꝓprie ꝓprij
Scd̄i ꝯmūiter ꝓprij Tercij ꝯmūissime ꝓprij Concordat cū Ri-
char vbi supra. Bonauēt. Qui dt̄ q̄ ꝓprius sacerdos dr̄ triplici-
ter scz ꝓprie ꝯmūiter et ꝯmunissime. ꝓprie sic tm̄ dicit̄ propri⁹ sa-
cerdos q̄ ministrat populo sacramēta vt pleban⁹ de quo dicitur
xxi. q. ij. ꝑcipim⁹ vt vna queqꝫ eccl'ia suū proprium sacerdotem
habeat Cōmuniter sic dr̄ oīs proprius sacerdos q̄ habꝫ iurisdic-
tionē ordinariā vt papa q̄ est ordinarius oīm vt in c. licet de foro
ꝯpe. ix. q. iij. cuncta per mundū Et quilibet debet sesibi in iudi-
cando conformari vt in c. irrefragabili de offi ordi. Itez sic dicit̄
proprius sacerdos Archipresbiter maioris eccl'ie ad quem om̄es
dyocesani pn̄t ꝓ sacramētis recurrere vt in c. iij. de offic. archip̄s
bite. Sic etiā plebanus dr̄ proprius sacerdos. Cōmunissime vt
qui pōt absoluere auctoritate propria vt p̄dicti vel ex cōmissiōe
hoīs vl' iuris vt legatus pape. Itē penitēciarij dn̄i pape vl' ep̄i
qui pn̄t vice ip̄oꝝ absoluere vt de offic. or. Inter cetera Itē tali-
ter ab eis priuilegiati dicunt̄ proprij sacerdotes Isto mō fratres
priuilegiati sūt proprij sacerdotes. Sic dicunt̄ ꝓprij sacerdotes
illi qui auctoritate iuris cuz ꝓprius sacerdos ē inscius pn̄t alie-
nuz subditū audire vt de pe. dis. vi. placuit Idē in sil'ib⁹ casibus
in quib⁹ auctoritate iuris pōt q̄s recurrere ad alienū sacerdotez
q̄ oēs dicunt̄ hoc mō ꝓprij sacerdotes in huiusmōi casib⁹ Ex p̄-
dictis sequit̄ p̄mo q̄ quilibꝫ de dyoce. existēs nō exemptus cleric⁹
siue layc⁹ hꝫ in dyocesi tres ordinarios ꝯfessores scz ep̄m vicariū
generalē ep̄i et p̄sbiteruz ꝓchialē Scd̄o ptꝫ q̄ qlibꝫ de dyocesi
pōt ad istos tres recurrere ꝓ pn̄ia et ab eis vel altero illoꝝ ab-
solui exceptis casib⁹ spēaliter ep̄o reseruatis q̄ ad illos q̄ sūt in-
feriores ep̄o Tercio in foro q̄ qlibꝫ extra dyocesim ꝓ ꝯfessoribus
habet papā et eius penitenciarios et legatū si est in ꝓuincia Rō
qꝛ oēs hij sūt proprij secerdotes Quarto dico q̄ p̄sbiter ꝓchia-
lis pōt extra dyocesim et territoriuz ꝓpriū audire ꝯfessionem sui
ꝓchiani rō qꝛ audire ꝯfessionē est volūtarie iurisdictiōis modo
in hijs que sūt volūtarie iurisdictiōis et q̄ sine strepitu fiūt nullū
ius vel territoriū ledunt̄ ad hoc de offi. lega. c. penult. et vlt. Et
in hoc ptās fratrū ꝑuilegiatoꝝ est restrictioꝛ qꝛ licet intra terri-
toriū absoluere possint hoīes dūtaxat sui territorij nō extraneos
nō tñ pn̄t eos absoluere extra Imo nec audire extra et intra ab-

soluere nisi forte confessionē habeāt ꝑ resūpta vt in d. cle. dudū §. statuim⁹ v. extra ciuitates eoꝝ eī̄ potestas tanq̄ʒ extra ordinaria restringit̄ bona rōne de fil'. p̄sbi. c. i. li. vi. de priuil'. abbates eodē li. Sexto fuit principaliter quesitū Quō ꝯfessi debeant iniūctam penitentiā adimplere Ad hoc dico ꝙ q̇libet per se ip̄m debʒ iniūctā sibi penitenciā adimplere qꝛ dicit lr̄a et iniunctā sibi penitentiam. proprijs viribus studeat adimplere. Et intellige penitentiam id est atisfactionem exteriorem siue penam satisfactoriam interiorem qꝛ ista iniungitur Alia autēʒ scʒ interior de sui natura debet p̄cedere Ad cui⁹ euidentiā Quero primo vtrū penitens teneat̄ tentione necessitat' acceptare et explere p̄n̄iaʒ sibi iniunctā a sacerdote Et circa hoc diuersi diuersimode dixerunt Alex. de ales tractatu de satisfactiōe ī gn̄ali ad hoc sic ait ꝙ quādiu sit aliq̇s simpliciter de foro eccl'ie militantis tenet̄ ad impletionē penitentie sibi iniuncte a ministro militantis eccl'ie etiam si maior condigna sit dūmō illi supetat facultas adimplēdi hec ille Rich. ī iiij. dis xviij ar i. q. v. sic rn̄dʒ ꝙ aut sacerdos iīugit p̄n̄iaʒ rōnabilē et discretā aut irrōnabilē et indiscretā Si p̄mo mō dico ꝙ penitēs tenet̄ tencione nc̄citat' eā recipe et ꝑ virib⁹ explere qꝛ penitenciam talem iniungendo recte vtitur clauib⁹ Quilibʒ aūt tenet̄ sui iudicis iustā sentenciā obseruare vnde si penitēs talem penitenciā scienter et ex deliberatiōe et absq̄ʒ legittima causa vl' dispensatiōe omiserit explere mortaliter peccat Si vero secūdo modo penitens non tenet̄ eam recipe neq̄ʒ explere qꝛ sacerdos talem penitenciā iniungendo abutit̄ claue scientie et potentie hec ille Et pro ipso facit. c. statuim⁹ de maledic. vbi dicit̄ Si penitētiā rennuerit peccator inflictā a sacerdote interdicat̄ ei ingressus ecclesie et vltimo careat ecclesiastica sepultura nullaʒ misc̄diam habiturus Scotus vero in quarto dis. xviij. totū oppositū tenet dicens ꝙ sacerdos tali rennuenti nullā penitētiā imponere debʒ qꝛ postq̄ʒ penitēs est et cōtritus sufficit ei ad remissionē culpe qꝛ maiorē ꝑtem pene sustinebit in purgatorio quia ille qui est ꝯtrit⁹ et confessus et non soluit penā sibi debitam in foro huiusmōi persoluet in foro purgatorij Host. in Sūma. de peni. et re §. ad q̇d valent dicit Tu teneas ꝙ pro quolibʒ pctō mortali debetur pena eterna q̄ per contritionē dimittit̄ et tp̄alis que ꝑ eccl'iaʒ imponit̄ et remouetur si ergo dn̄s est largus in dimittendo penā eternā seruus et minister nō debet esse parcus in dimittendo penā tp̄alem vt habetur in c. alligant xxvi. q. vij. vbi etiā dicit̄ meli⁹ est ꝓpter misc̄diaʒ reddere rōneʒ q̄ʒ ꝓpter crudelitatē His ergo visis q̇d dicendū est ad hoc nisi ꝙ confessor prudēs nō dʒ inponere p̄n̄iaʒ

nisi ſcḋm diſpoſitionē penitent⁊ qꝛ cõfeſſor᷑ debeat conari cõformare
ſe cū iuriſ diſpoſitione tamen conceſſū eſt ei faciendi ſuper pñia
imponenda remiſſionē et ſic ꝓ arbitrio penitencias taxare et im
ponere Iniūgendo illā q̄ saluti penitentis mag⁊ videat᷑ expedire
Et hec eſt ꝯmūis opinio doc. Et ꝓbat᷑ in c. ſignificauit. et c. deus
qui et c. omnis. §. ſacerdos de pe. et remiſ. et in c. ſicut dignum
de homic et de eo qui cogno. conſang. ꝯſang. vx. ſue. c. tranſmiſſe
et xi. q. iij. c. abſit et xv. q. vi. c. ſi a ſacerdotib⁹ xxvi. c. vij. c. tpa de
peni. diſ. i. c. menſurā Et de ꝯſe diſ. iij. c. de penitentibus. Et ideo
ꝫ debet ſacerdos iniungere penitenciā ꝯſideratis criminis quāti-
tate et qualitate perſone dignitate. conditione. ſexu. officio pau
pertate. infirmitate. debilitate. conſuetudine. ꝯplexiōe ſocietate
cauſa aīo et voluntate. Vnde ſi aliquē inuenerit qui dicat ſe pe-
nitere non tamen vult ſubire onus penitentie dicens ſe tenērum
aut male ꝯplexionatum vel ſimile tūc ſcḋm Ray et Hoſt. debet
ſacerdos talē inducere ſicut poteſt vt animū habeat p̄paratum
ad implendū penitentiā quā ſibi iniūget oſtendēs ſibi magnitu-
dinē peccatoꝝ quia pro qualibet mortali peccato regulariter de-
beret penitētia ſeptēnis imponi vt in ca. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. et
§. ſequēti et xxij. q. i. predicandū Et eſt ratio vna quia deus p̄ce-
pit mariā ſororē Moyſi lepra ꝑcuſſā extra caſtra poni per ſeptē
dies et ſic accipitur dies pro anno. Alia ratio eſt quia ſicut pctōr
per peccatum ſeptiformē ſpūſſancti graciā amiſit ſic per ſeptēnij
penitentiam recuparet Et ſi poteſt eum inclinare imponat ei ta-
lem penitentiam cum voluntate ſua qualem veriſimiliter poteſt
portare ne deterius ei contingat poſtmodū violando Quod ſi nō
viderit eū inclinatū nō imponat ei niſi qualēcūqꝫ paruā pñiā nō
negando ei abſolutionē oñdat tñ ei ꝙ id qḋ min⁹ faciet hic com-
plebit in purgatorio Et ſi ſacerdos nō pōt gaudere de oīmoda ei⁹
purgatiōe gaudeat ſaltē qꝛ ipm̄ liberatū a gehēna ad purgato-
riū pōt tranſmittere Caueat tñ ſacerdos ꝙ ſic arbitrent᷑ ne vi-
leſcat eccl'ie auctoritas et ptās clauiū ꝯtemnat᷑. Vñ in c. abſit l.
diſ. dicitur Abſit a Rhomana eccl'ia rigorē ſuū tam ꝓphana fa-
cilitate dimittere et neruos ſeuerit⁊ fidei euerſa maieſtate abſol-
uere. vt cū adhuc non tm̄ iaceāt in pctīs ſed etiā cadāt euerſoꝝ
fratrū ruine ꝓperata nimis remedia excōicationē vtiqꝫ nō ꝓfu-
tura p̄ſtent᷑ vbi eñ poterit pñie medicīe ꝓdeſſe ſi etiā ipē medic⁹
intercepta. i. ſublata pñia indulget ꝑiculis hoc nō ē curare ſed ſi
veꝝ dicere volum⁹ occidē. Accedēs igit᷑ pctōr ad ꝯfeſſorē ei hūi-
liter ſubijciat᷑. et ſi pñia fuerit ſibi ab eo iniūcta ꝙ leuiter ſufferre

potest hūiliter suscipiat. qꝛ nec aliter videtur bene dispositꝰ Si aūt penitēs senciat penitentiā sibi nimis grauē et ad obseruandū pīculosā sua conditione pensata debet ad eundē ꝯfessorē vel ad aliū si illū habere nō pōt recurrere et alleuiationē vel ꝯmutationē petere Et confessoꝛ dꝫ ꝯcedere . etiā si videret ꝙ penitentia alleuiata non sufficeret plenarie pro emenda peccati Tutius est enī reseruare purgatorio penitentē puniendū ꝙ̄ ipm̄ exponere periculo cadendi in mortale pctm̄ ꝓpter penitētie iniuncte trāsgressionē Hec Richar. Studeat etiā sacerdos vt pctōri penitētiam sp̄ in contrariū imponat. vt supbo iniungat hūilē oꝛonem auaro elemosine largitionē accidioso peregrinationē guloso ieiunium luxurioso carnis macerationē maledico bn̄dictionem et huiusmodi Hec Host Sed quid si quis dicat ꝙ non hꝫ ꝓpositū abstinendi imposterū vel ꝙ non possit a peccato abstinere an sit aa
sibi imponēda penitētia Ad hoc dico ꝙ sic licet non sit in caritate nec ei ꝓsit penitētia ad vitā eternā tn̄ eius ꝯfessio debet admitti et consiliū adhiberi et crebris et salutaribus monitis induci tn̄ absolutio non est illi impendenda vt in c. ꝙ q̇dā de pe et re. Sed diceres ex quo talis penitētia nō est vera ad quid valet tn̄ Sol'o ſm Host. in Sū. e. ti. §. vtrū ficte. ⁊c. opa de genere bonoꝝ fctā a ficte penitente vel in mortale existente valent ad quinqꝫ si fiāt bona intentione et hoc merito congrui nō aūt condigni qꝛ nullū malū impunitū nullū bonum irremūeratum vt dt Aug. Primo valēt ad tpaliū multiplicationē Ysa. i. Si volueritꝭ et audieritꝭ me bona terre comeditis. de pe. dis. iij. cauendū et in c. reuertimini et c. decie. xvi. q. i. Scd̄o ad bonoꝝ opm̄ assuefactionē Eccl'iasti. iij. Bonū est viro cum portauerit iugū dn̄i ab adolescentia sua. Terciꝰ valent ad minꝰ suppliciū subeūdum de peni. dis. iij. si qs aūt et glo. in d. c. ꝙ aūt ratio. qꝛ homo faciēdo huiusmōi opa que p̄cepta sunt euadit pctm̄ inobediētie et omissiōis igif̄ et penam quā incurreret si talia non faceret ꝑ eā etiam diminuif̄ pena quo ad vermē cōscientie qꝛ minꝰ cruciabif̄ ꝯscientia et minorē habebit remorsum ꝙ̄ si illa non fecisset Ista tria tanguntur in hijs metris Que cū mortali bona fiunt dant bona terre. Coꝛ faciunt habile mitigant tormēta gehēne. Quarto valēt qꝛ dyabolꝰ in tali hoīe non habet tantā ptātem sicut haberet si ea non faceret Exemplū narrat Gre. in dyalogo de iudeo qui se signo crucis muniuerat et demones ei nocere non potuerunt dicebat enī nūcius principi demonū vas vacuū inueni sed signatū. Quīto ad gracie impetrationem vt sic deus eum respiciat et citius ad verā pn̄iam

illustretur de pe. dis. v. falsas Etiã de Raab Josue vi. q̄ invenit
graciã ꝓpter opa que nũcijs fecit addũt doc. in iiij. dis. xv. adhuc
plura. Sexto valent ad tp̄alis pene diminutionẽ aut dilationez
sicut de Achab. iij. Reg. xxxi. vbi dicitur Nonne vidisti Achab
coram me hũiliatũ non ergo inducam mala in diebus suis sed in
diebus filij sui. Septimo ad pctī resistentiã quia dicit Grego. ꝙ
bb peccatũ suo pōdere mox in aliō trahit eccl'iastici iij Ignẽ arden-
tem extinguit aqua et elemosina resistit pctō An aũt talia opera
bona extra caritatẽ facta reviuiscant et resuscitent q̄ñ peccator
per penitentiã resurgit. So. opa bona. sũt triplicia scz viua mor-
tificata et mortua opa viua sunt illa que hominẽ p modũ meriti
possunt ducere ad vitam eternã vt sunt opa virtutũ in charitate
facta ab isto qui adhuc est in charitate. et hec sunt meritoria vite
eterne et cum hoc satisfactoria respectu pene dimittende. Alia
dicuntur opa mortificata et sunt illa q̄ hominẽ ad vitã eternam
pducere potuerunt et q̄ nũc nō possunt ꝓpter mortale superue-
niens per qō ab illo effectu impediunt̄ vt sunt opa prius in cha-
ritate facta ab eo qui nunc est in mortali. Et hoc innuit Ezech.
xviij. transsump. de pe dis. iiij. c. dñs ait et c. hoc nobis. Si auer-
terit se iustus a iusticia sua oẽs iusticie eius quas fecerat nō recor-
dabunt̄ scz quo ad eternã remũerationẽ si ita pmanebit. Et illa
opa per penitenciã adueniente charitate viuificant̄ licet tran-
siuerint manẽt tñ quãtum ad meritũ in dei acceptatiōe. remota
in pctōre indispositione quia tunc incipiunt habere effectũ suuz
et ideo dicuntur viuificari. Et ad hoc sunt multe auctoritates.
Aug. Jero. et Crisb. q̄ habent̄ in c. pium et in c. si q̄ñ et in c. quod
ergo de peni. dist. iij. quas ponit magister in iiij. dis. xv. circa fi.
Alia dicunt̄ opa mortua et sũt opa que facit homo tunc q̄ñ est in
mortali et extra caritatẽ Et dicunt̄ mortua q2 non viuũt nec vix-
erunt cũ non sint facta in charitate et ergo nunq̄ȝ viuificabũtur
p penitentiã q2 nũq̄ȝ fuerunt viua vt docet apl'us i. Chorin. xiij.
Si distribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas et si tradi-
dero corp⁹ meũ ꝛc̄ et de hoc ponit Host. vbi supra. ℣. Illa reui-
uiscũt que mortificata fuerũt. Viuere nō possũt q̄ mortua primo
cc fuer̄t Hic cadit ptinc̄t tale dubiũ an tñ talia bōa opa extra cha-
ritatẽ facta sint satisfactoria. an ℣o penitentia in mortali pctō
pacta debeat reiterari Circa hoc reperio duas opiniōes. aliq̄ di-
cunt de qua opiniōe est Sco. ꝙ licet opa mortua non viuificent̄ q̄
ad meritũ vite eterne vt dictũ ē. viuificant̄ tñ ad hoc ꝙ erunt sa-
tisfactoria Verbi grã ponam⁹ aliq̄s iã ꝯfitet̄ et absoluit̄ ab oib⁹

# De penitencijs recipiendis

pctīs suis ipē vero immediate recidiuat et penitenciā sibi iniūctā
adimplet tpe quo est in mortali. in tali casu dt. Sco. ꝙ talis im-
plendo in mortali penitenciā sibi iniunctā vere satisfacit et soluit
penā tpalē cui⁹ ꝓ pctīs debitor fuit. Probat hoc sic. Quia talis ē
debitor certe pene et finite solum quaꝫ soluit. igitur soluēdo etiā
in mortali peccato talis satisfacit. qꝛ sicut pl⁹ requirit̄ ad mereri
q̄ꝫ ad satisfacere sic nō oportet actionē satisfactoriaꝫ esse merito-
riaꝫ sicut in satisfactione hūane iusticie. Et sic scdm Sco. non dꝫ
alicui penitēcia imponi de illis ꝯfessis sed solū de illis peccatis q̄
de nouo incidit Et ergo si talis moreret̄ anteq̄ꝫ totā penitentiam
impleuisset ipse puniret̄ in inferno. tm̄ pena correspondente illi q̄
non fuit hic soluta Sed contrariū illius tenet mgr̄ in iiij. vbi s.
et sctūs Tho. et Bonauē. q dicūt ꝙ sicut opa mortua nō viuificā
tur vt fiant meritoria sic etiā non viuificant̄ vt fiant satisfacto-
ria. qꝛ sicut charitas nō gratificat ea q̄ꝫtuꝫ ad vnū ita nec quātū
ad aliud Et ergo talis qui penitenciā in mortali adimplet bn̄ li-
berat se ab iniunctione sacerdotis ita ꝙ nō incurrit pctm̄ inobe-
dientie qd tn̄ incurreret si penitenciā a sacerdote iniunctam et ab
eo susceptā voluntarie obmitteret. non tn̄ per illa opa satisfacit
nec liberat̄ quo ad deū a pena pro pctīs etiā dimissis debita. patet
quia opa non sūt meritoria nisi sint a deo accepta et in charitate
facta. Et sicut nō sunt satisfactoria ꝓ pctis nisi sint facta ex cha
ritate et sint deo accepta. qd solū tūc est qn̄ hō est in charitate. et
ergo si vult satisfacere oportet in charitate reiterare satisfactio-
nem in qua nullus manet effect⁹ postq̄ꝫ act⁹ satisfactiōis transit
vt sūt orōnes et actus interiores Illas aūt satisfactiones in qb⁹
post actū manet aliq̄s effect⁹ nō oportet reiterari vt sūt ieiunium
et elemosina Vel iniūgat sibi ꝯfessor ꝓ illis pctīs ꝯmissis iterum
penitenciā quā in charitate adimpleat. Et sic ꝯsiliū datur cōfes-
soribus vt iniūgant penitenciā quā ꝯfitēs verisilr̄iter in tpe quo ē
in charitate ad implere valeat ⁊ eū ad hoc hortet̄ Et licet q̄libet
haꝝ positionū sit ꝓbabilis tn̄ ṕma est mitior et scda securior Di-
cit textus ꝙ q̄libet iniūctā sibi penitētiā ꝑ se debet adimplere Ibi
mouēt doctores dubiū vtrū quis possit penitenciā pro alio adim dd
plere Dicit hic Vincen. ꝙ ex raciōabili causa pōt q̄s auctoritate
sui ꝓprij sacerdotis pn̄iam per aliū adimplere siue pn̄ia ꝯsistat in
orōnib⁹ ieiunijs vl' vigilijs. vt qꝛ morte p̄uenit̄ xiij. q. ij. aīe defūc
toꝝ Vel qꝛ corpaliter vl' spūalit̄ impotēs ē ad pagendū pn̄iaꝫ. de
quo in c. p̄sbiter. lxxxij. di. in glo. et qd ibi notat Archi. recitādo
dictuꝫ Inno. sup rub. de obser. ieiu. vbi dicit ꝙ ieiunia indicta ab

ecclesia non possunt redimi vel in aliud ꝯmutari nisi necessitas vel alia rationabilis causa in ieiunante subsit Sed volũtaria ieiunia scꝫ ad que quis tenetur ex voto. vel que sacerdos imponit redimi possunt auctoritate superioris vt in d.c. presbiter et in c i. de voto sctũs Tho. et Bonauen. in iiij. dis. xx. dicunt ꝙ penitentia id est pena satisfactoria inquãtũ est remediũ ꝯtra seqũes peccatũ sic satisfactio vnius non prodest alteri. qꝛ ex ieiunio vniꝰ concupiscentia alterius non extinguitur. nec ex actibus vniꝰ alter assuescit bene agere. et ergo textus bene dixit ꝓpriis viribus studeat adimplere. Sed quantum ad solutionẽ debiti vnꝰ potest satisfacere pro alio dũmodo sit in charitate vt opa eius sint satisfactoria Dicit. tñ sctũs Tho. Non est ꝑmittendũ vt aliquis ꝓ alio penitentiam faciat nisi in ipso penitente appareat aliqs defectus corpalis per quẽ sit impotens ad suscipiendũ satisfactionez vel specialis defectus ꝑ quẽ non sit dispositus ad portandũ penã Idẽ dt Antho. de but. addens ꝙ in pñia non afficiente ꝑsonam vtputa dare elemosinã vel pecuniã expendere in redemptionem captiuoꝝ non refert si per se vel per aliũ facit Si vero esset penitentia in ieiuniis oꝛonibus peregrinationibus vigiliis flagellis afflictionibus ꝑsonã afficientibus non potest fieri executio per alium nisi iusta subsistente causa. nam ista requirunt industriam persone quã penitẽciarius videt elegisse vt magis ꝓpter afflictionem corpalẽ ꝓpriã pctõꝛ retrahat a pctõ Quilibet ergo studeat penitentiã post culpe dimissionẽ adimplere ꝑ se ꝓpter duo. Prio ad soluendũ debitum ꝓ culpa dimissa Vnde sicut dicunt doc. in iiij. dis. xiiij. cessante in hoĩe actu peccati nihil reale et positiuum manet in anima eius a quo ipse formaliter dicatur pctõꝛ. manet tamẽ in aĩa reatus pctĩ. i. deputatio ad penã peccati Et secundũ Sco. Reatus nihil aliud est nisi ipsa anima met ordinata et deputata ad penã pctõ correspondentez Et talis deputatio vt est discõueniens aĩe dicit̃ macula eius. ꝓut anima est obligata formaliter ad penaꝫ dꝛ reatus. Et ꝓut aĩa est actꝰ diuine volũtatꝭ ordinantis ad talẽ penã dicit̃ offensa. mõ talis obligatio ad penã non remittit̃ sine pena vel sine equalenti in acceptatione diuina et ergo peccatori imponit̃ penitẽtia ad tollendũ illã obligationẽ ad penã Scdo ad remediũ prestandũ cõtra futura pctã Deinde queritur vtrũ ꝯfessus possit ad penitentiã et satisfactionẽ explẽdum ꝯpelli. Solo si quis in publicis et enormibꝰ criminibꝰ penitentiam adimplere neglexerit per censurã ecclesiasticaꝫ ꝯpelli potest. de sponsal. ad audi in fi. vi. q. i. illi qui. xij. q. i. predicandũ

xxxiij.q.ij.quicunqꝫ vbi glo. Et si censurã eccl'iasticã ꝯtemneret extunc ad requisitionẽ eccl'ie ꝑ brachiũ seculare ꝯpellendus esset si alias sine effusione sanguinis nequeat coartari. de homic. postu lasti. xvij. dis. nec licuit De occultis vero de quib⁹ non ꝯstat nisi per confessionem. occulta penitẽtia debet esse voluntaria de pe. dis. vi. c. i. et vlt. alias non esset fructuosa quia volũtariũ militez diligit deus Et non sufficit incipere penitentiam huiusmodi vel partẽ eius agere si impleri possit ad hoc vt euitetur pena hui⁹ c. quia ad euitandũ oportet iniunctaz pñiaz nõ ꝯtemni sed ꝯplere. et hoc innuit l'ra in ṽbo adimplere. Sufficit aũt penitenciã incepisse quo ad hoc vt penitens indicetur quo ad ecclesiam. vt in c. ex temere. de temp. or. sed non quo ad hoc vt satisfecisse dicatur. Et debet pñia adimpleri ad tpus assignatũ ꝓut fecit Theodosi⁹ impator. de quo in c. cum apud xi. q. iij Vltimo hic quero vtruz absolutio debet p̃cedere iniunctionez pñie vel econtra. Ad hoc dico ꝙ ꝯfessor debet prius iniungere penitenciã et postea absoluẽ licet cõmuniter sacerdotes prius absoluunt ⁊ postea penitẽtias imponunt quod fieri non deberet vt ordo innuit in cle. duduz. § statuimus de sepul. vbi de hoc ꝑ Jo. an. et doc. scribẽtes. Ratio quia materia huius sacramenti ꝑtim ꝯsistit ex satisfactione saltẽ quo ad effectum vnde nõ potest debita forma introduci q̃ ꝯsistit in verbis absolutiõis nisi prius materia fuerit p̃parata. qr vt dicunt artiste actus actiuoruz sunt in paciente predisposito notat Card in regl'a pctũ de regu. iur. li. vi. Alia ratio qr forte post absolutionem non assumeret penitentiam que sibi imponeret et sic frustra fuisset absolutio. vnde prius debꝫ penitentia imponi vt eã assumat Venio nunc ad scdam ꝑticulã huius prime partis capituli in qua tractatur de eucharistia in pascha suscipienda. et est littera talis. Suscipiens reuerenter ad minus in pascha eucharistie sacramentũ nisi forte de ꝓprij sacerdotis consilio ob aliquã rõnabilem causam ad tempus ab eius ꝑceptione duxerit abstinendum. In hac particula soluuntur principaliter quinqꝫ questiones Prima quis et a quo debet quis suscipe eucharistiaz Ad hoc dico ꝙ omnis vtriusqꝫ sexus postq̃ꝫ ad annos discretionis peruenerit quantumcunqꝫ perfectus tenet recipe eucharistiam quia ex p̃cepto dei tenetur oĩs homo. Joh vi. Nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. dicit ergo. suscipiens sed non dicit a quo sicut in versiculo precedenti dixit cui facienda sit confessio. vnde sufficit ꝙ quis eam a seip̃o suscipiat legendo missam si sit p̃sbiter ff

et sic sacerdos vt euitet hanc penã põt in festo pasche legere miſ
saz et a seipõ suscipere alias dz inter ceteros suscipe dũ aũt inter
ceteros suscipit vel in lecto debz esse stola super vtroqz humero
cinctos vt in.c.eccl'iastica.xxiij.di. Alij aũt qui non sũt p̃sbiteri
suscipe tenenẽ a ꝓprio sacerdote non ab alienis q̃buscunqz. nec
a mendicantibꝰ qꝛ licet ꝑuilegiati sint in audienda ꝯfessione non
tñ in isto ymmo sub pena excõmũicatiõis late sententie eis inter-
dicitẽ ne sacramentũ eucharistie aut extreme vnctiõis alicui mi-
nistrent sine licentia speciali. vt in cle.i. de priuil'. de licentia tamẽ
ꝓprij sacerdotis ab illis recipi põt ymmo a quocunqꝫ sacerdote
catholico in vnitate eccl'ie existente vt not.in.d.cle.i. de priuil' qꝛ
hec ptãs ꝓcedit immediate ex vi caracteris sacerdotalis cuius
exerciciũ hñt in eucharistie ꝯfectiõe. nõ ex vi seu exercicio clauiũ
ligandi et soluendi. Debet ergo hoc tpe suscipi a ꝓprio sacerdote
ꝫ in defectu proprij sacerdotis necessitatis tpe põt suscipi ab alio
sacerdote et dyacono xciij.dist.dyaconi et c.p̃nte i.q.i.nullꝰ.non
aũt a layco qꝛ est regula ꝙ de oĩbus que ad officium sacerdotale
spectant id solũ est licitũ laycis in nc̃citate qd̃ exp̃sse repitur eis
ꝑmissũ Sicut in necessitate põt quis socio ꝯfiteri. vt in.c. quem
penitet de peni.dist.i.sed nõ recipe ab eo vel a se eucharistiã xxiiij
q.i.cepit.pro quo c.peruenit.de conse.dist.ij. Sed vbi dz recipi
eucharistia Ad hoc dic ꝙ in eccl'ia si assit.alias suscipi potest sub
diuo siue sub tẽtorijs de ꝯse dis.i.sicut Nõ ergo excusanẽ hoc tpe
in expeditionibꝰ ꝯstituti sed cõmũicent in campis a p̃sbitero in
altari viatico celebrante de licentia ꝓprij sacerdotis vel sine licẽ-
tia si instet bellũ. Scd̃o quero quõ q̃s debz suscipe eucharistiam.
gg Ad hoc rñdet papa ꝙ reuerenter. Et certe magis reuerenter et
deuote q̃ꝫ cetera sacramenta rõne materie subiecte.quia dignior
de ꝯse.di.ij.nihil Dic ergo reuerenter.i.ieiunus qd̃ ob reuerntiã
sacramẽti institutũ est. Item assurgendo et ad altare eundo.et
caputio deposito in viris genibus flexis mundando os et dentes
induendo meliora vestimenta q̃ quis non hz ad pompã. Sicut ⁊
presbiteri et alij ministri in honesto habitu accedant ad altare.
Ratio quia tenemur eaz adorare adoratiõe latrie et ideo cũ om̃i
reuerẽtia eam accedere. et hoc non solũ verum est de reuerentijs
que in faciendo ꝯsistunt sed etiã in non faciendo vt eodẽ die nõ
vadat ad spectacula etiã licita. de ꝯsecra.di.i.qui die. nec ludat
vel luctetẽ etiã licite.xxxij.q.iiij.recurrant ⁊ in c.lator.de homic.
Non tñ dico ꝙ ex hoc p̃cepto sub hac pena ad has exteriores re-
uerentias quis teneatur p̃cise. sed hee reuerentie corꝑales et ex-
teriores cuiuslibet fidelis arbitrio reliquunẽ dempta ꝑma vide-

licet ieiunio ad q̃z ꝓcise tenentur vt in c. liquido. de ↄse. dist. ij. Sed maior dꝫ esse reuerentia mẽtalis ad quã ex hoc ꝓcepto sub hac pena tenent̃. Debet ergo non solũ penitere sed etiã confiteri et absolui qđ ob reuerentiã sacramenti ordinatũ est. et sic domuꝫ suã ad intra ornare quã intraturꝰ est tãtꝰ rex. nec prius ad corpꝰ dñi accedere q̃z bona ↄscientia eũ ↄfortet de pe. dis. v. c. i. Tercio quero qñ dꝫ q̇s suscipe eucharistiã Ad hoc respondet conciliũ ꝙ ad minus in pascha dꝫ recipi eucharistia Bonũ tñ est vt pluries recipiat̃ ꝓpter multas grãs que in hoc sacramẽto ↄferunt̃ scꝫ in Natali dñi et Penth. vt in c. et si non frequẽtiꝰ de ↄse. dis. ij. Sed ad euitandũ huiꝰ capituli penã sufficit in pascha recipe Et bene dt ad minꝰ q̃si dicat ꝙ quotiẽs peccã̃ꝰ tociẽs hoc sacramẽto indi gemꝰ vl' vt nosipsi suscipiãꝰ vl' ꝓ nob offerat̃ de ↄse. dis. ij. offerat̃ Preterea quottidie suscipe possumꝰ et omĩ die dñico suscipe hor- tamur de ↄse. dist. ij. quottidie sed ad minꝰ in anno semel sub hac pena suscipere tenemur. An aũt expediat vel bonũ sit quottidie suscipe doctrina est vt respiciat hõ vtruꝫ feruor deuotiõis ꝑ ↄti- nuaꝫ susceptionẽ augeat̃ tunc sic. alias si minuit̃ vel tepescat tũc expedit interpolare sic notant doc. de celebrãte in c. quidã de cel. mis. Monachi aũt omĩ mense tenent̃ vt in cle. ne in agro. §. sane de statu monach. Dicit etiã in pascha ꝓ q̃ aduertẽdũ ꝙ Pascha ꝓ tpe tripliciter accipit̃ Prĩo stricte scꝫ ꝓ ipso die pasche tm̃ Et illo modo non debꝫ hic capi quia tunc impeditus illo die ꝓcipue vbi est multitudo ↄmũicantiũ videret̃ esse liberatus ꝑ totũ annũ vsq̃ꝫ ad illũ diem pasche q: ex quo statutum de necessitate illa die obligaret et si tunc non põt expectabit qñ velit. Scđo capitur large ꝓ tota solẽnitate paschali hoc est ꝓ diebꝰ ↄtinẽtibus sine ꝓximioribꝰ ꝓcedẽtibꝰ et sequẽtibꝰ diẽ resurrectiõis. Et hoc mõ dꝫ hic capi q: satisfacit quis eccl'ie si in cena dñi ↄmunicat q: illo die institutũ fuit hoc sacramentum. Etiaꝫ si diebus sequentibus immediate aut ipso die pasche et in hoc quilibet relinquendꝰ est ↄscientie sue ẜm ꝙ istis diebus preparationis ad festum pasche aut in diebus paschalibus reperit se magis dispositũ et deuotum ẜm hoc illo vel alio die põt ↄmũicare et satis facit statuto eccl'ie Tercio modo pascha capit̃ largissime ꝓ toto tpe inter pascha et penth. vt in ca. scire. cũ sequẽtibꝰ lxxxvi dis. et isto mõ nõ capit̃ hic q: eccl'ia rõnabiliter ꝓmisit tpus q̃dragesimale et memoriam dominice passiõis que videntur cause limitatiõis ad festũ pasche secundo modo capiẽdo. Sꝫ diceres quare susceptio eucharistie in pascha recipere precipitur dicendum ꝙ ꝓpter quatuor rõnes

bb

Prima quia tunc hoīes magis sunt depurati ꝓpter quadragesi-
male tempus in quo purgant̄ crimina Scd̄a ꝓpter christi passio
nem misericordiam et redemptionem quas tunc recolit ecclesia
quibus tunc hoīes debent esse magis deuoti. Tercia quia in me-
moriam dominice passionis hoc sacramentuꝫ est institutuꝫ vt in
cle. si dn̄m de reliq. et vene. sac. de qua in proximo scꝫ feria sexta
ante festum pasche agitur que em̄ in proximo facta sunt recenter
habentur in memoria vt in l. celsus. ff. de arbitris notat̄ de ꝓbac
c. iij. Quarta ratio vt sicut cristus tunc surrexit corpaliter sic ho
mines per sumptionem illius sacramenti resurgant cum christo
spiritualiter. Et intantum hoc tpe debꝫ recipi illud sacramētum
ꝙ non habetur pro catholico qui nō recipit. Jmo p̄sumitur cō-
tra eum de infidelitate de conse. dis. ij. seculares et c. om̄is homo
Unde dicit lex qui se ab ecclesia sep̄at nec sanctam ꝯmunionem
accipit hereticus est credendus. Jn aut de priuil' dotis circa me-
dium Coll'. viij. qd̄ conuenienter intelligitur de ꝯmūione corpis
cristi. Iteꝫ qui per longa tp̄a sacramēta non petit ipsa ꝯtemnere
videtur sicut dicimus de absolutiōe ab excōmunicatione de sen.
ex. per tuas. Jdem aūt est iudicium de ꝯtemnente fidē et sacra-
menta fidei de hereti. ad abolendam vnde merito contra talem
de infidelitate p̄sumitur Et maxime ꝙ senciat male de sacramēt'
intantum ꝙ ei tanq̄ de heresi suspecto pōt indici purgatio quaꝫ
si recipere noluerit aut contumaciter restiterit nec moram suam
purgauerit confitendo et eucharistiā recipiendo excōmūicand⁹
est in qua excōmūicatiōe si per annū ꝑseuerauerit p̄sumptio illa
efficitur violenta et sine alia ꝓbatione vt hereticus debꝫ cōdem
nari vt in c. excōmunicam⁹. §. i. de he. eodem ti. cū contumacia.
li. vi. Quarto quero sub qua specie dꝫ q̄s recipere ꝯmunionē Ad
hoc dico ꝙ sub specie panis dūtaxat. Jdeo littera dicit notabi-
liter eucharistie sacramentum et nihil dicit de sanguine Naꝫ de
consuetudine et nunc ex statuto eccl'ie alij q̄ celebrantes nō com
municant suscipiendo sanguinem sub specieb⁹ vini vt no. Card.
in c. ex pte de celeb. miss. Quidā tamen heretici in. Bohemia no-
lunt p̄missam consuetudinē obseruare. Sed ꝯmūicāt etiā sang-
uini prout ē sub specieb⁹ vini etiam si non sint celebrantes Sed
layci et etiam sacerdotes extra celebrationē diuinoꝝ in hoc sunt
coercendi Et contra eos sunt facta statuta super hoc in cōcilijs
Constancien̄. et Basiliensi Et dicit̄ eucharistia ab eu qd̄ est bo-
num et charis grā quasi bona gracia Jmmunitatis tamē grāꝫ
non p̄stat suscipienti eam quia est cibus anime nō corpis Secus

si confugiat quis ad eaȝ adinstar ei⁹ qui ad statuā principis cō-
fugit. Insti. qui sunt sui vel alie. iuris. §. fi. no Host. de cele. mis.
sane. Archď. xiij. q. ij. c. fi. Et dicit lr̃a eucharistie sacramentum
ad denotanduȝ ꝙ debet sumi sacramentaliter non em̃ sufficit ad
manū sumi vel in pixide nec sufficit sumere spūaliter tm̃ crede et
manducasti nisi tp̄e necessitatis de conse dist. ij. vt quid paras. kk
Quinto quero Vtrū q̇s possit in pascha a ꝑceptione eucharistie
abstinere. Ad hoc rn̄det conciliū ꝙ ob aliquā rōnabilē cāȝ potest
q̇s abstinere ab eucharistie ꝑceptione sed non a ꝯfessione et dȝ
hoc fieri de proprij sacerdotis. i. ordinarij siue curati consilio non
extranei in quo multi se decipiūt vn̄ etiā videt̃ ꝙ non sufficiat in
hoc consiliū mendicantiū licet quis eis confiteri valeat. Sed in
hoc remittere habēt confitentes ad suū ꝓprium sacerdotem nisi
forte dicere vellem⁹ ꝙ hoc ꝯsiliū sit pars confessiōis sicut pacta
in contractibus bone fidei apposita contractus informāt. ff. de
pactis l. iuris gencium. Ideo cui liceat ꝯfiteri ab eo etiaȝ liceat
hoc ꝯsilium recipe. Primū tucius quia ministerio proprij sacer-
dotis nec alteri⁹ recipit̃ hostia. Igit̃ eius ministerio dȝ abstinere
vt contrarioꝝ eadeȝ sit disciplina. xxxij. dis. Hospiciolū Marie
qꝛ certis hominibus ad hoc sacramentū tepidis via hoc capituluȝ
fraudandi daretur Reddet ergo rōneȝ sacerdoti suo cuȝ ipsius
sit ꝯpellere ad ꝯmunioneȝ cū opus sit vt infra dicam non men-
dicantium et ideo licet accedentē ad corpus dn̄icū non oporteat
regulariter fidē facere de confessione mendicantib⁹ facta vt in-
fra dicetur Non tn̄ volente abstinere sufficit dicere se consilium
mendicantis habere nisi vel probet vel a sacerdote suo conciliū
recipiat. Ratio est qꝛ recipiens eucharistiā a ꝓprio sacerdote p̄-
sumitur esse ꝯfessus. Sed si non recipiat non est vnde hoc p̄sumi
possit non ergo bene sibi consulit qui in hoc mendicantiū ꝯsilijs
cōtentat̃ qꝛ proprius sacerdos est p̄cipuus executor penaꝝ hui⁹
capituli et dicit lr̃a notanter sacerdotis. Non ergo sufficit con-
silium iurisperiti seu alterius sancti viri licet in alijs sufficeret.
Ratio qꝛ caret claue potestat̃ q̃tumcunq̧ etiaȝ habeat claues
sciētie et discretiōis. Ex hoc etiā ꝙ dicit sacerdotis cōsilio mani-
feste denotatur ꝙ hoc consilium debet fieri in foro penitentie.
Et illa exceptiua nisi ⁊c̃. solum excipit a ꝑceptione eucharistie a
qua quis abstinere potest ſm consilium sui ꝓprij sacerdotis et nō
excipit a confessione a qua sine pena huius capituli q̇s abstinere
non potest etiā de licentia sui proprij sacerdotis Ex quo sequit̃ ꝙ
licet quis habeat casum abstinendi ab eucharistia nihilomin⁹ tn̄

confiteri habet omnia peccata sua eodē tpe sub hac pena. Statutuz eñ hoc obligat ad duo scz ad confessionē et eucharistie receptionē vnde si ex consilio sacerdotis releuat ab vno non tamē ab alio. ff. de serui. vr. predi. l. si domus de dolo et contu. cū dilecti et in c. fi. de resti. spol. Non ergo sufficit q diceret sacerdoti illd soluz crimen ppter quod abstinet sicut aliqui imperiti putāt Idē puto de excōmunicato maiori. Nam cū licitum est eū audire licitum erit et sibi ꝯfiteri et per ꝯsequēs tenet vt hic. de sen. ex cum voluntate et ca. responso. Nota etiā hic q illa causa qua qs abstinet a pceptione eucharistie debet esse rōnabilis et non leuis. Esset aūt rōnabilis causa scdm Io. an. quia gerit inuidiā odium vel inimicicias vel habet pctm̄ de quo dicit se non posse abstinere et sic non esset vere penitens neqꝫ mundus vt in c. q quidam. de peni. et remis. Ex hijs ergo et similibus ad consiliū sui sacerdotis debet abstinere cum alias iudicium sibi manducaret et biberet. de conse. dist. ij. timorem. Non ergo debet sumere corpus christi qui est in mortali pctō. nec ille qui habz voluntatē peccandi. melius est enim a corpe cristi abstinere sicut fecit centurio qꝫ cristuz indigne sumere sicut fecit. Iudas. Verū licet mortalia ad suscipienduz eucharistie sacramētū quēlibet indignū efficiant. venialia tn̄ peccata nullū impediunt. nec ppterea quis abstinere debet dicit tamē sctūs Tho. q veniale quod tollit actualē deuotionem que in hoc sacramēto requirit impedit effectū hui⁹ sacramēti ita q nullū aut modicū consequit. non tn̄ ppter hoc peccat mortaliter Licet aūt pctm̄ mortale impediat a pceptione eucharistie nō tamen hoc peccatorem excusat sed potius accusat si ppter pctm̄ mortale abstineat. quia sic abstinendo dupliciter peccat. Primo quia ꝯstitutioni ecclesie resistit Scdo quia vt digne cōmūicaret se non abilitat et disponit quantū in eo est. de peni. dist. i. sunt qui arbitrantur et in c. et si non frequentius de conse. disti. ij. Nota etiam q dicit ad tempus ergo non imperpetuū q̄diu viuit sed cōsilium debet dari vt prepararet se ad remotionem illius cause scz q exerceat se in opibus pietatis et peregrinetur. missam audiat singulis diebus et frequenter ꝯfiteatur et sacerdotis discreti monitis et consilijs acquiescat et sic paulatim ad penitentiam inducetur per dei graciā et sacerdotis consiliuz. cessante ergo illa causa cessabit et effectus et cōmunicare debet. Et hoc verū q solū sibi debet dari consilium vt ad tempus abstineat. nisi forte crimē tale cōmisisset ppter quod perpetue vel saltem ad supreme vite exituz abstinere deberet. xxvij. q. i. q̄ christo cuz ibi allegatis Quid

# De penitencijs recipiendis

si in pascha quis sit impeditus vt non possit cõmuicare nunquid
pro hoc anno liberatus sit videtur ꝙ sic. qꝛ statutuȝ hoc obligat
sub certa forma scȝ pro certo tpe. ergo si nõ põt illo tempore ex-
pectet quousqȝ possit alio tempore. de temp. or. c. de eo. Sed hoc
verum esset si non posset recipi nisi in festo pasche. qđ est falsuȝ de
cõse. dist. ij. quottidie Et hec opinio desidiosis esset causa maio-
ris desidie vnde dico ꝙ si in pascha non recipit. cũ primũ poterit
cessante impedimẽto tenetur hac pena nisi moraȝ purgauerit. et
ideo si in pascha nõ cõmũicauit nec de cõsilio sui confessoris a ꝑ-
ceptione eucharistie abstinuit et tandẽ infirmitate grauatus ad
mortẽ cõmũicat. per hoc non euadit penã hui⁹ capituli qꝛ cõmu
nicando ad vitã morã non purgauit et sic censetur vere ꝓuent⁹
et ecclesiastica carebit sepultura. Alias posset qs impune ꝑ totũ
tempus vite sue abstinere a commũione Si dũtaxat ꝯmunicaret
in extremis et veniret tradendus eccl'iastice sepulture. Qui fuit
vnus de erroribus grecoꝝ cõdempnat⁹ ꝑ ecclesiã. quod bñ notẽt
domĩ curati. In particula tercia ꝑme partis que ẽ in verß Alio-
quin duo facit. Primo adijcit penã huic statuto. Scđo disponit
de publicatione ipsius. Et est littera hec. Alioquin viuẽs ab in-
gressu ecclesie arceatur et moriẽs xp̃iana careat sepultura. vnde
hoc salutare statutũ frequenter in ecclesijs publicetur ne quisꝙ̃
ex ignorantie cecitate velamen excusationis assumat. Vbi nota
primo ꝙ non seruans hui⁹ ꝯcilij dispositionem punitur in vita et mmm
morte. Nam viuus carebit ingressu ecclesię et excõmunicari dȝ
de consecra. dist. ij. si quis intrat. et eccl'iastica sepultura moriens
etiam quantumcũqȝ appareat vel credatur deuotus. Et ꝙ dicit
textus arceatur dic ꝑ sentenciã scđm doc. deinde re oꝑe seu facto
ymmo si ingrediatur debet expelli. de sen. ex veniens. Non ergo
licet sacerdoti sua auctoritate nisi forte aliud consuetudo sibi de-
disset. de arbi. dilecti. de foro compe. cũ ꝯtingat. vel nisi generalẽ
sentenciam ꝓtulisset in om̃es qui hoc anno cõmũicati non fuissẽt
nisi suo vel eoꝝ quoruȝ poterant abstinuissent. Qualẽ sentenciaȝ
ip̃m ferre posse non est dubiuȝ et perconsequens ipsũmet exequi
iuxta notata in c. si sacerdos. et c. cum ab ecclesiaꝝ de. offic. ordi.
Ratio quia conscientiã habȝ vt iudex de hoc ꝙ non amministra-
uit subdito sacramẽta cum de facto suo certus existat et ab ipso
recipi debeat. Tuȝ qꝛ ingressus eccl'ie et sepultura ꝯsequenter se
habent ad sacramentoꝝ perceptionẽ per. Host. de sepul. ex ꝑte
vnde et hec potestas sequẽter se habebit ad potestatẽ ãministra-
tionis eoꝝ. Et ex hoc ꝙ dicunt doc. per sentenciã Infero ꝙ si cle-

ricus sit. et ministret in officio suo fiat irreglaris. de sen ex is cui
li. vi nisi forte sacerdos fuerit et confessus legat missam. Tũ qr
sic legẽdo purgat viciũ quod pōt vnde et suspensus videt̃ donec
purget viciũ. ergo purgando tollit̃ suspensio ꝑ notata in cle. i. de
decimis in verbo donec. Tum quia nō vt p̃sbiter est suspensus
sed vt cristi fidelis qđ patet in ṕncipio hui⁹ capituli oīs vtriusq̃
sexus fidelis ergo sicut alter quicũq̃ layc⁹ viciũ poterit sine re-
laxatione purgare. Tum qr hoc facit nō vt celebrans sed vt cō-
municans et vicium purgans. vnde et ceteri clerici non fiũt irre-
gulares vicium purgando quod non purgant in suo ordine ce-
lebrando. Tum quia est simplex sentencia cuius effect⁹ tollitur
sicut in ceterꝪ soluẽtes debiti Insti. qb⁹ mōis tollit̃ obliga. in ṕn
cipio. Et sic patet mirabilis casus in quo dyaconus vl' presbiter
legendo euangeliũ fit irregularis sed presbiter nō legendo missã.
esset tamẽ tutum ꝙ sentenciã peteret relaxari. Scđo nota casum
in quo mortuus seu cadauer punit̃ ibi moriens xp̃iana careat ⁊c̃
Et ponit̃ moriens pro mortuus tempus pro tp̃e. moriens enim
viuit et viuẽs quis moritur. ff. de bonis auctoritate iudicis pos-
sidẽdis. l. hereditariũ. Sic oriũdus id est ortus. ff. ad municipal'
l. assũptio in prin. Et dicit textus notanter sepultura careat cri-
stiana. Qualis sit hec patet. xxiij. q. v. placuit. et si sit clericus nō
sepelietur in vestib⁹ sacris iuxta not. per glo. et Arch. de ꝯse. di.
i. nemo ij. Sed canina nō carebit ne cadauer insepultũ aerem in-
ficiat C. de religio et sup̃. fune. l. mortuorũ. que nullo casu ꝑ ap-
pellationẽ pōt impediri de cristiana secus iuxta not. per Archđ.
in c. Si quis ausus ij. q. vi. Ex hoc patet ꝙ pena q̃ fuit viuo im-
posita ꝯtinuat̃ post mortẽ. nec est noua sed eadem nō duplex sed
vna de sepult. sacr̃. cum oĩb⁹ allegatis hic in glosa. Nulla ergo
pena infligitur cadaueri in animato. Quia eadẽ ip̃a legauit cor-
pus viuũ. xxiiij. q ij. c. primo et scđo. Et est ibi diligẽter notãduꝫ
ꝙ in hoc ꝙ dicit careat sepultura christiana intelligendũ est ipso
iure alias iste texus esset sup̃fluus cuꝫ sententiã suspẽsiōis ab in-
gressu carentia sequat̃ sepulture. de sen. ex cō. Is cui ij. Rñ. li. vi
Licet ergo viui non sint suspensi ab ingressu eccl'ie nō debẽt tamẽ
mortui sepeliri. et hoc docet practica. nã curati nō admittũt nec
admittere debẽt eos ad sepulturã. q̃ sine sacramẽtꝪ decesserũt nisi
ꝯstet eis de obseruãtia hui⁹ capitl'i In ingressu igit̃ eccl'ie requi-
rit sñia vt vitet̃ tumulatio. hoc denotat v̉bũ arceat̃ In sepultura
vero nō vt ceteris cedat in terrorẽ. de rapto. c. sup eo. de tornea-
men. C. i. hoc denotat v̉bũ careat. id est nō seu nullo mō habeat.

de elec. in plerisqꝫ cum notatis ibi in iiij. glo. Alios casus in q̄b⁹ sepultura cristiana negatur vide infra notatos in c. de sepultura Circa secundam partem littere quero quādo et quociēs hoc statutum debet publicari dicit textus ꝙ hoc salutare statutū id est inductū ad salutē aīaꝝ dꝫ frequēter in eccl'ijs publicari. et non dicit quando et quociens sed frequenter vnde relinquitur arbitrio prelati secundum ꝙ viderit populum in hoc tepescere vel feruere. Si tamen nunq̄ꝫ vel raro publicaretur non minus hec ꝯstitutio ligaret xvi. dist. qđ dicitis cum notatis de loca. c. i. in fi. Fit ergo hec publicatio ad cautelā ne quis saltem dicat se ignorasse vt dicit textus Et sic habes casum in quo certificatur q̄ certus est cōtra l. i. §. fi. ff. de actione empti Et dicit in ecclesijs id est in congregatiōe fideliū quia sufficit ꝙ fiat extra eccl'iaꝫ in p̄dicationibus vbi adest multitudo populi. nec oportet ꝙ in propria forma publicetur sed sufficit ꝙ in sentencia vel valore. primo videlicet dicatur populo ꝙ confessio fiat ꝓprio sacerdoti. saltē semel in anno Secundo ꝙ cōfitens penitenciē abimpleat. Tercio ꝙ ad minus in pascha sacramentū eucharistie suscipiat nisi ex cā de proprij sacerdotis consilio abstineat. Nec sufficit dicere ꝯfitemini confitemini. sicut nec alibi sufficit dicere soluatis decimas. no. doc. in cle. cupientes. de penis. sed debent informari quomō sub diuino p̄cepto tenentur. et ne dum sub hijs penis sed etiam sub eterna Nota etiam hic casum ꝙ nec mulier ignorantia hui⁹ iuris se poterit excusare licet alias secus. et sic ligat eos q̄ non tenentur alias iura explicite scire. ff. de satisfacti. et iur. igno. l. regula. i. q. iiij. notandū. notatur. xxxviij. di. in summa. hoc denotat verbum ne quisq̄ꝫ ꝛc̄. lata enim culpa que in hoc est ꝙ nō visitant ecclesias vel p̄dicationes in quibus talia dicuntur dolo similis est et generat ignorentiā crassam ymmo affectatā que neminem excusat de clandes. despon. cū inhibitio. de dolo et contu. c. fi. de ꝯsti. c. vt aīaꝝ libro. vi. Et sic habes casum in quo excepte persone tenentur scire iura. Quero hic ex quo metu haꝝ penarū condicionaliter ꝯpellitur quis ad cōmunicandum puta si velit ingredi ecclesiam et sepeliri nunqd p̄cise compelli possit et cogi ad communicanduꝫ Jo. an. et Antho. de but. remittunt ad glo. c. fi. xxx. di. que tenet ꝙ non quia forte est indignus sed tamen talis potest cogi ad hoc vt faciat se dignum id est vt peniteat presertim in graui et manifesto pctō alias sec⁹ notat. Arch. ij. q i. in primis de quo. de sponsal'. ad audientiā. vi. q. i. illi qui. et ne dum per censuram ecclesiasticam de ꝯse. dist. ij. c. si quis intrat. Sed

etiā si expediret inuocato brachio seculari xvij. dist. nō licuit. nō
est tñ quātū ad deū fructifera hec penitentia violenta qꝛ non pe-
nitet ad intra. de pe. di. i. Jndc. i. q. i. si quis Clericus aūt benefi
ciat⁹ si necessitas vel vtilitas ip̄m exigat ad ordines promoueri
et ille recuset criminis ꝯscientiam p̄tendens occulti excepto ho-
micidio et symonia ꝯpellitur se facere dignū per penitentiam. ꝑ
subtractionē beneficij et alijs modis. de quo vide in c. queris. de
eta. et quali. Sed an solo timore huius pene vel ne notetur me-
reatur ꝯfitens vel ꝯmūicans aut veniā ꝯsequat̄. dic ꝙ nō qꝛ ser-
uilis est timor. de regulis iur̄. ꝙ ex timore p̄terea si q̄s non peccat
timens ne videat̄ perinde est ac si peccaret. de peni. di. i. si prop-
terea et c. si cui. et de pe di. iij. si apl'us. Jdem si peniteat vel com-
municet ex solo timore mortis vel inferni non ex amore. de. pe. di
vij. §. fi et c. fi. per accidens tñ et ex assuefactione ꝓderit ad ve-
ram penitentiā sic confiteri. de peniten. dist. ij. sicut zeta. nō vero
sic cōmunicari. qđ timore filiali fieri et omitti pōt. non aūt con-
fiteri qđ est necessitat̄. Sꝫ ꝙ si constat quē ꝯmūicasse sed nō ꝯstat
de confessione eius videtur ꝙ non euitet hanc penam qꝛ ad duo
obligat hec decretalis. et ad veritatē coplatiue requirit̄ vtriusqꝫ
partis veritas. Insti de heredi. insti. §. i. et in c. inter ceteras de
rescrip. Contrariū puto verꝫ qꝛ solennitas intrinseca sꝑ p̄sumit̄.
Insti. de fideius. §. i. Sed an statutū istud dissuetudine possit ab-
rogari vel ei in certa prouincia derogari inter q̄ est differentia vt
notat̄. iiij. dis. §. leget. dic ꝙ non tū qꝛ saluti aīaꝝ p̄iudicaret et rō
subesse non posset. de consecr. c. fi. et c. i. Tūꝫ quia executiuuꝫ est
diuini precepti. ymmo si de facto alicui in dissuetudinem abisset
ꝯpelli deberēt inuiti vt resumerent et iterū publicaret̄. xxiij. q. v.
pp de ligurib⁹. Vltimo quero hic quot mala incurrit hō non com-
municās in pascha vel ad min⁹ semel in anno Ad hoc dico scđm
sctm̄ Tho. ꝙ octo grauissima ꝑicula et damna incurrit hō q̄ tp̄e
paschali vel ad minus semel in anno nō ꝯmūicat. Prīo incurrit
damnū sūmi pōtificis. hoc est penā descriptā in c. omīs vtriusqꝫ
de peni. et remis. ymo talis dꝫ excōicari. vt in d. c. si quis intrat.
